

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigram. 5. Vnicus puer instar innumeri fructûs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Rider iō ! sterili modō tristis Elisa iuuentā  
 Rider iō ! rider : altera Sara redit,  
 Et iam mater anus , quæ se vix ante ferebat,  
 Fert puerum ; pueri sarcina grata leuat.  
 Dulce puer pondus ; mœstæ spes læta senectæ est :  
 Quo sine, sit surdum nomen vterque parens .  
 Adseret agnato rursus noua sidera cœlo,  
 Alter, Abrahamidum gloria clara, nepos :  
 Quemque diu peperisse decet, paritura puellum  
 Mater anus, vitâ visa priore frui est,  
 Quam grauati agnati, sub pondere paruulus hæres ;  
 Tam simul & læto germine dulce leuac.  
 Sic leuat ; vt mater nolit iam ponere florem :  
 Sic grauat ; vt fructum ponere serò velit.  
 Sic, vbi natales ematurescit in horas,  
 Spes vteri ; partūs gaudia pœnè parit.

*Epigram. 5.*

Vnicus puer instar innumeri fructus.

A Nte diu sicco cui spes stetit anxia ramo ;  
 Nunc viret effœto palmite vitis anus,  
 Sed cui vix vnum dat gratia parca racemum ;  
 Par tamen hic vnis mille racemos erit.

*Epigram. 6.*

B. Virgo Cognatam Elisabeth in-  
 uisit , cum sui pueri erga Ioan-  
 nem beneficio.

E N, serò voluenda dies nunc attulit æuo,  
 Prima quod in partu ferre iuuenta negat.  
 Et iam floret anus , grauidâ secunda senecta,  
 Maturatque vteri Luna nouena moras.  
 Ac consanguineam de lesside stirpe parentem  
 Inuitat; rapidis aduolat ergo rotis  
 Virgo recens, cui vix tenero concreuit in ornū  
 Paruulus ; at quouis grandior ille viro est.

L ij

Maior